

placidus nocte ac die psallebat. et nunquam a laude dei cessabat. Idemque iusti  
 sunt singuli cotidie facere ceteri. et sine cibo uel potu aliquo dimitti. Et cum uiderent  
 eos dicebant eis. Negate christum uerum. uel conuinciamini. et dimittetis uos.  
 Et dicebant sancti martires. quod neque christum dominum negamus. neque conuinciamini cre-  
 atorem nostrum facere de nobis quod uobis uidetur. Interum autem facti iusti singillatim pedibus  
 appendi. et flagellis hinc inde dilamari. et sub capite unius cuiusque aridus sumus  
 fieri. Et irati aduersus eos barbari. dicebant. Negate christum uerum. negate.  
 Sancti uero martires psallebant dicentes. Si constiterent aduersus nos castra. non  
 timebimus mala. quoniam tu nobiscum es domine. Cum autem omnes singillatim unum per unum per  
 unam fere horam sic supplicarent. et nihil proficerent. iustus est ut darent eis  
 ad manducandum. Et dederunt singulis pugillum plenum uideo crudo  
 ad manducandum. et paululum aque ad bibendum. Et monebant eos cotidie  
 dicentes. quia si negatis christum dominum esse. quicquid petieritis nobis dabimus uobis.  
 et certis kilometris amicum ducti nostri manuche. et quasi facti nostri regis abdala. et habe-  
 batis bona huius mundi dum uiuatis. et certis diebus in toto regno est. Et respon-  
 derunt hi. in. frater. beatus placidus. eueruus. et iustorum. et flamma uirga.  
 sicut eorum. et quasi ex uno ore dixerunt. Quia si permitteretis nobis.  
 facturos nos dominos totius orbis terrarum non negare dominum nostrum ihesum  
 christum. qui pro nobis mortuus est. et resurrexerit. ascendit in celum  
 uenturus est iudicare uiuos et mortuos. et secundum ignem.  
 Sed potius uos miseris. uos mortuis. credite in dominum nostrum ihesum christum.  
 et salui eritis in eternum. Et cepit psallere sanctus dei beatus pla-  
 cidus dicens. Haeruerunt nobis iniquae fabulationes. sed non  
 ut lex tua. Omnia mandata tua ueritas iniquae persecuta sunt.  
 adiuua nos domine deus noster. quanto enim die cum uiderit pagani bar-  
 bari. quod hi. in. speciali quodam amore et honore inuictis se  
 conferrent. quod una cibum caperent. quod soli segregati staret.  
 quod una soli orarent. mirati sunt dicentes quia paren-  
 tes sunt ista inter se. et ideo ab aliis diuiduntur. Et inter-  
 rogauit eos unus ex ipsis pro interpretationem quae utebantur dicens.